BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 18r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



ueritatis erudit; uel certe de medio cherubim
loquitur. quia per unigenitū suū qui in medio
duorū testamentorū in carne apparuit humano
generi dr̄ pater uoluntatē suā manifestare dig
natus ē; quo sensu & iā illud potest accipi.
quod ait a bacu; In medio duorū animaliū inno
tescet; Potest aū in arca & uc̄ scā eccl̄a figura
liter accipi. quae de lignis inputribilib; hoc est
animab; scīs aedificatur; & in fide scī euangelii.
p quattuor mundi plagas distenta coronam uitae
adō expectat aeternā; habens in sē tabulas tes
tamenti. In meditatione continua legis dī, habens
& urnā aureā cū manna. in fide dominicae incarna
tionis; habens ergo uirgā aaron quae frondu
erat. in participatione regni & sacerdotii domi
nici; dicente apl̄o petro; uos aū genus electum.
regale sacerdotiū; habens propitiatoriū desup.
ut cuncta quae habet bona largiente gratia diuina.
sē sē accipisse meminerit; habens & cherubim
gloriae in propitiatorio. uel angelica uidelicet
praesidia quib; adō semper adiuuet ur propitio;
uel testamenta quib; qualiter uiuere. & quomodo
auxiliū recte uiuendi a diuina ꝓpitiatione quaerere
debeat instituatur; sic autem sunt cherubim